Ad Quodlibetariam Quaestio Medica matutinis agitanda disputationibus In Scholis Medicorum Paris. die 26. Januarii M. Simone Le tellier D. M. Regio Praeside.

An Dysenteriae Utilis Purgatio?

Concinna humani Corporis structura partium à se invicem non spatio distinctarum eleganti varietate splendescit. partes illius edunt suas sortiuntur actiones, actio suos morbos, morbi sua remedia. Cerebrum, Cordis refugium, principes edit functiones motum et sensum, motus et sensus depedes Cor vitale munus obit per suos spiritus, ab animali, et naturali minime dividendo. Hepar salutorem munere corporis universi familiam suo gratiose sustentat. Cerebrao (cui à somno incumbendum) totium actioni accepta referitur, quamvis à toto sensus, et virtutes informanc. Morbi Cerebri, Apoplexia Epilepsia, obstructione, inanitione, omni humore, simplici qualitate. Cordis syncope febris cuius causa non duplex spiritus et humor, sed unica calor. Hepatis καχεξία, ἀτροφία, ὕδρωψ, hic tamen non raro salvis hepatis robur gignitur, cuius curatio per medium umbilicum tuto, et feliciter suscipitur. Curandi soles indicatio à sola causa.

Intestinorum functio Alimenti concoctio, distributio, Excrementorum depulsio. Intestina dolores edunt vehementes, vehementiores in crassis, periculosiores in tenuibus: humores et deiectiones, quas si liquidas multum ac saepe moventur, aut saepe ac parum maleficas nigras, sine cum febre, sive sine febre malas esse, imo bonas: albas in phrenitide lethales. lienteria pueris valde noxia, à laesa intestinorum retentrice, gravior si cibus exeat quam si chylus. Illos omnium intestinorum affectus, in quo nihil deorsum ejicitur cum torminibus et cardiogmo, si vomitus aut stercoris per os rejectio lethale. Colicus affectus dolor est crassorum, vehemens à flatu aut humore, nunquam tamen à bile.

Dysenteria Intestinorum ulcus (ulceris enim nunquam depeller) cum dolore, et cruenta deiectione: causa materia mordax et acris, quae triplex Bilis utraque, et pituita flava mala: à pituita peior, ab atra pessima, ex quas illa tria semper habeat coniuncta τὸ δριμὺ, τὸ ὀξῶδες, καὶ τὸ διαβρωτικόν. In causarum discrimine perpendendo colores excrementorum ~~[illegible]~~ observandi. Sua quaque sibi vendicat aetates, temperamenta et horas. ab aliis cruentis deiectionibus sordernitur ulcere, et torminibus. Materia mordax, abradit primo pinguedines deinde superficiem internam, postremo veram intestinorum substantiam, cui si carunculas permixtas, lethale.

Ad perfectam dysenteriae curam, non causa solum ulcus faciens praenoscenda, sed locus in quo residet affectus, qui duplex, tenue aut crassum intestinum, sed sui his explicant Notis, ramentis crassioribus, dolore infra umbilicum obtusiore, excrementis sanguini minime permixtis. Ulcus in tenui periculosius, in illeo omnium periculosissimum. dysenteriae succurritur Diaeta et pharmaciis (veras quippe sectio sine multis perutilis, Non tamen dysentericis, nec pueris ante 14. annum, gravidis contra) aer siccus, cibus, paucus, facilis coctionis, cui vis emplastica et viscositas. Hordeatis locus est, amygdalatis, lacti cocto cum vitellis ovorum, aquas chalybeatas, Motus fugiendus, somnus quolibet tempore opportunus. pharmacia in his quas roborant, reprimant, adstringunt, detergunt, dolorem leniunt, et abluunt.

Medicamenta vel sunt alterantia, vel purgantia; omnium actiones à nostro calore promoventur, sed ratio dissimili. purgantia, quas pueris praescribi possunt, et gravidis, sed à 4. mense usque; ad 7.) unicum humorem Natas suas convenientem ex toto, et ex alto deducentia, trahunt non similitudine substantiae, nec similitudine temperamenti, sed occulta proprietate, cuius cognitione praediti Daemones morbos procurare, eosdem curare et vitam producere possunt. ad ulcerum curationem vero sunt eligenda, quas adstringant, agglutinent, et ad cicatricem perducant, Non quas mordeant. purgantibus vis quaedam inest deleteria, corpus perturbant, fluxiones movent, mordicant, cumque; à parte fluxione laborante, avellere, non ad ipsam trahere oporteat, purgantia mordicantia ab intestinorum curandis ulceribus alienissima.

Ergo Dysenteriae Purgatio non utilis.

Asserebat Claudius Carolus Parisinus anno Domini 1606.

D. Doct. disputaturi

M. Franciscus d'Issardeau	M. Joannes Riolan Pr. reg.	M. Simon Pietre Pr. reg.
M. Dionysius Guerin.	M. Joannes de Renou	M. Joannes Duret Med. reg.
M. Jacobus Cottus.	M. Petrus Pijart	M. Georgius Cornuty.

F.M.P. BIBLIOTHÈQUE